

uolo: sed sicut tu. Et uenit ad discipulos
suos: et inuenit eos dormientes. Et dicit pe-
tro. Sic non potuisti una hora uigilare me-
cum? Vigilate et orate ut non intretis i ten-
tationem. Spiritus quidem promptus est:
caro autem infirma. Iterum secundo abi-
it: et orauit dicens. Pater mi si non pot hie
calix transire: nisi bibam illum: fiat uolun-
tas tua. Et uenit iterum et inuenit eos dor-
mientes. Erant enim oculi eorum grauati.
Et relictis illis iterum abiit: et orauit ter-
tio: eundem sermonem dicens. Tunc ueit
ad discipulos suos: et dicit illis. Dormite
iam et requiescite. Ecce appropinquabit
hora: et filius hominis tradetur in manus
peccatorum. Surgite: eamus: ecce appro-
pinquabit qui me tradet. Adhuc illo lo-
quente: ecce iudas unus de duodecim t-
uenit: et cum eo turba multa: cum gladi